



Von W. H. von Kriesten d. 10 Februar 1806.

35

DE

# V L C E R E PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM

---

EX DECRETO

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

P R A E S I D E

VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

D O M I N O

## D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.

ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL. NEC NON REGIAR,  
BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALI,

P R O

## G R A D V D O C T O R I S

AD DIEM XII. IANVAR. C<sup>IS</sup>I DCC LXIV.

### IN REGIA FRIDERICIANA

PVBLINE DISPVTABIT

A V C T O R

### HENRICVS MATTHIAS G VTFELDT

HOLSATO- ALTONENSIS.

\*\*\*\*\*  
HALAE AD SALAM AERE BEVERIANO.

DE

# VICE RE

PATIDAM PRACTICARVNT LIBERI

EX DECURIO

GRATIOSI MUSICOVM ORDINIS

PER

UNO DILECTO TUTELINAM ET EXTREMISTAM

DOMINO

D PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO

MUD. VATA ET CHIRURG. ET ORNITH.

ACADEM. CARVER. MAT. CARBO. HEMATO. CHIRUR. TITROLOG. MED. NO. REGEN.

REGEN.

C R A D A D O C T O R I S

ACADEM. CHIRUR. ET ORNITH.


IN REGIA PRINCIPIANA

PARADISO. HELLAS. TARTARI

HENRICAS MAGNVS GUTTERBT

HISTORIO. MORALIS.

HALAE AD SALAM. EX EDITIONIBUS



Dissertatio Inauguralis Medica  
DE  
VL CERE  
PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM.

§. I.

*Introitus.*

  
on desunt equidem celebrium Medicorum monu-  
menta, quae vicerum ad hos illosue morbos ex-  
posuere rationem; quorum tamen numerum ideo  
adaugere non erubesco, quod, quae sponito modo  
bello milites inter obseruui, exoptatem mihi hac de re differen-  
di eorumque, quae iam innotuere, veritatem confirmandi occa-  
sionem suppeditauerunt. Vicerum nimirum ad putridas febres  
praecauendas respectum ostendam. Dicam primo de viceribus

4 DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

horumque speciebus et effectibus; putridarum dein febrium, quantum e re mea erit, adiiciam Pathologiam; in eo denique occupatus, ut euincam exemplisque nonnullis confirmem, vlcera maligna nonnunquam impedire, quo minus febres putridae ori-antur. Ita omnia perficiam, quae finis mihi praefixus peragen-da postulat.

§. II.

*Definitio Vlceris.*

In tanto Medicorum, quod vlceris definitionem attinet, dissensu, eam stabilire, quam omnes probare possent, difficile sa- ne est. Veteres enim Medici, prouti EX HIPPOCRATIS ET GALENI elu- cescit scriptis, nimis erant hac in re inconstantes, quam ut fir- mi quidquam hinc in vlcere definiendo condi queat, quum per vlcus modo omnem continui solutionem, hinc vulnus quoque, modo eam continuatis intelligebant dissolutionem, quae ab ero- sione proficiscitur, ossium tantum simili solutione excepta, quam teredinem potius vocabant. Neque recentiorum vestigia nobis securius sequi licebit, quum alii vlceris significatum nimis exten- dant, alii contra ea eundem nimium quantum restringant. Qua- re per vlcus hic intelligam solutionem continui non cruentam, ab erosione partis productam. Non video enim, qua ratione tere- dinem iure ab vlcere separari possumus, quum nil, nisi diuersitas partis, differentiam quandam<sup>suppediet.</sup>

§. III.

*Causa Vlceris.*

Quum vlcus semper supponit, ut solutio continui facta sit per erosionem (§. anteced.) ; sequitur, ut causa illius sit materia acris.

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 5

acris. Haec, vt vlceris cauſa ſpectata, vel interne eſt, vel externe adplicatur. Si prius: cacochymia vlceris exiſtit cauſa. Si posterius: materia valde rodens parti cuidam corporis humani admoueri debet, atque notum eſt, ſic vlcera, quae *artificialia* nuncupantur, ſaepius produci. Pater hinc, vlceris cauſam modo internam eſſe, modo externam; opus tamen hic erit, vt priorem accuratiōri limae nunc ſubiiciamus.

§. IV.

*Vlcus simplex et compositum.*

Vlceris cauſa ſita eſt in acrimonia materiae, vlcus producentis (§. III.). Verum acrimoniae humorum infiniti dantur gra-  
dus, praemonstrante id Pathologia. Materia ergo, quam enatum  
vlcus plorat, modo minorem, modo maiorem acrimoniae gra-  
dum oſtentat, neceſſe eſt. Oritur hinc vlcerum in simplicia et  
composita diſtinctio. *Compositum* dicitur ſcilicet *vlcus*, quando  
materia, ex vlcere ſillans, notabili acrimoniae gradu eminet; at-  
que huic *simplex* opponitur et contradiſtinguitur, vtpote cuius  
materiei longe minor adſcribenda eſt acrimonia. Nomina horum  
vlcerum originem a ſympotatum numero ſumferunt. Quo ma-  
ior eſt morbus: eo maior eſt numerus ſympotatum horumque  
grauiatas. Quo minor contra ea eſt morbus: eo minor eſt ſy-  
potatum numerus et vehementia. Sed morbi magnitudo re-  
ſpondet cauſarum magnitudini. Fit inde, vt in vlcere compoſi-  
to plura et grauiora enaſcantur ſympotata, quam in vlcere ſim-  
plici. Illud itaque ob morborum compositionem compositum;  
hoc ob defectum plurium morborum, vlceri, ſympotatum in-  
ſtar, adnexorum, simplex nominatur. Vlcus compositum non

## 6 DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

infrequenter etiam *malignum* et *qualificatum* salutatur. Neque ab ludit a nostra horum *ulcerum* definitione GALENI de *ulceribus simplicibus* et *compositis* sententia. Confer. eius *Method. medend.* Lib. III. Cap. IV. Nam manifesto docet, *ulcus simplex* a *composito symptomatum* et numero et magnitudine differre. Atque huic etiam rei curandi methodi diuersitatem inniti egregie in initio Capitis demonstrat.

## §. V.

*Ulcerum compositorum species.*

Quae *ulceribus* inesse deprehenditur *compositio*, non nisi relativa intelligenda erit (§ anteced.). Hinc noui gradus in perscrutanda *ulcerum* *compositorum* natura cogitari possunt. Nonne hinc etiam noua diuersitas symptomatum morborumque, cum *ulceribus* *compositis* connexorum? Innumerae hinc ferme *ulcerum* *compositorum* distinctiones et nomina. Vid. FERNELIO Medicis Libr. VII. de extern. corpor. affect. Cap. IX. pag. m. 664. Confer. etiam HIPPOCRATIS Libr. de Medico, vbi varia de *ulcerum* natura tradit, interque alia quatuor *ulcerum* progrediendi modos perscribit.

## §. VI.

*Materia ichorosa ulceris causa exsilit.*

Generatur non numquam in corpore humano materia tenuis, foetida maleque colorata, quae *Sanies* seu *Ichor* nominatur, sed pro differentia peculiari diuersa haud raro nomina nanciscens. Quam non foetor tantum, sed malus quoque huius materiae color corrupti in humorum massa salis et olei sufficientia praebeat signa; inde vero a salium et olei fluidorum constitutione

natu-

naturali ita mutata non possit non acrimonia determinatae speciei inferri: sequitur, materiam ichorosam simul esse acrimonia imbuitam. Verum enim vero omnis materia acri rodentem in corpore humano exserit effectum, vnde etiam contingit, vt caussa vlcerum existat (§§. II. III.). Quod ergo materia saniosa vlcera inducere queat, dubitari non potest. Quoniam vero materia ichorosa, collata cum alia materia, quae acredinem concepit, longe ementiores acredinis gradum prae se ferat: necesse est, vt, si ichor vlceri cuidam, originem suam det, tale exinde, quod compositum est, proficiscatur (§. IV.). Patet id ex cancro aperto vlceribusque cancroideis.

## §. VII.

*Purulenta materia vlcera producit.*

Purulenta materia quamvis multum ab ichore recedat, spissa scilicet est, subalbida aque foetore maxime remota; in eo tamen cum saniosa materia conuenit, quod aequa, vt haec, vlcera producet. Subnata enim motu humorum intestino, naturalem legibusque sanitatis conformem mixtionem fluidorum corporis nostri destruente, salinis particulis alienae indolis, a viscido tamen obuolutis, abundat. Tunc vero siue circulo humorum agitata, siue quieta in calido loco relicta diu, ita mutetur necesse est, vt, impetuosiiori hinc prouocato motu massae intestino, salinae demum particulae a viscidi obuoluentis connubio recedant, hincque ad suum effectum exserendum aptiores euadant. Verum salium effusus est arroso. Ergo purulenta materia, et erosionem solidorum, et vlcera producere valer (§§. II. III.). Accedit mutatio materiae purulentae in faniem, quae saepe in morbis contingit

(§. ante-

(§. anteced.). Idem comprobat experientia. Abscessus externi, vomicae pulmonum, empyema, sibimetipſi viam per pectoris exulcerata latera aperiens, id docent. Ex ipſa autem demonstratione, haſtenuſ ſuppeditata, patet, vlcus, pendens a materia purulenta, modo ſimplex, modo compoſitum exiſtere poſſe. Ichor materiaque purulenta non unicae ſunt vlcerum internae cauſae. Vlcerum enim tot diuersae exiſtere poſſunt cauſae internae, quoſ dantur acrimoniae humorum ſpecies. Verum non animus ſuit, pluribus ſpecialioribus vlcerum cauſis recenſendis inhaerere; ſufficit eas teti- giffi, quae ſubſequentiibus robur addere videntur.

## §. VIII.

*Vlcus exteñum ſucceſſiue minuere poſt copiam materiae acris,  
in humoribus et corpoře humano exiſtentis.*

Omne vlcus oritur a materia acri, erodente ſolidam quan-  
dam corporis humani partem (§. III.). Fluidum itaque acre, vt  
pote quod veram ſuppedit vlcerum cauſam, viam ſibi, qua ef-  
fluere queat, ſternit, niſi effluxus eius e loco exulcerato aliunde  
impediatur, quod cum ad eſſentiam vlcerum non pertineat, ſed  
accidentaliter tantum contingat, noſtram non meretur attentio-  
nem. Si vlcerum materia ex omni vlcere naturaliter fluat: ea-  
dem fluet etiam ex vlcere, quod exteñum dicimus, ſeu cuius ca-  
uitas eroſa foras patet. Tunc autem, vlcere rite traſlato, materia  
acris continuo e corpoře pelliſtur, cuius itaque copia ſucceſſiue de-  
crescere debet, niſi cauſae adſuerint in corpoře, quae efficere  
poſſunt, vt lacuna ſemper expleatur. Quae cum ita ſint, genera-  
tiū eluſeſcit, vlcus exteñum ſucceſſiue minuere poſte copiam  
materiae acris, in humoribus et corporis humani paribus ex-  
iſtentis.

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 9

sistentis. Vlcera interna, quam maxime hac in re ab externis re-  
cedunt; effluens enim ex ipsis materia vel reforbetur ad humorum  
denuo massam, vel in loco exulcerato relinquitur, acrimonia  
hinc vterius serpente. Quod vero caussas attinet, quae impe-  
diunt, quo minus vlcus externum materiam acrem imminuat sem-  
per, de iis mox plura afferam.

§. IX.

Eundem effectum (§. anteced.) praefant vlcera externa  
artificialia.

Quae §. antec. adduximus, ea, vt ipsa edocet demonstra-  
tio, in vlcera externa cadunt, quatenus a vicio fluidorum corpo-  
ris humani excluduntur. Verum vlcerum externorum artificialium  
eadem est ratio. Omne enim vlcus, hinc et id, quod artifi-  
ciale nuncupamus (§. III.), supponit partem solidam solutam (§.  
II.). Sed soluta in parte solida unitas species est debilitatis, quam  
pars solida contraxit. Debilitas aurem, in parte quadam contra-  
cta, attrahit fluida, utpote quae ad ea maxime loca, quae debilia  
sunt, vehuntur. Quod si itaque in corpore, cuius humores acre-  
dinem conceperet, producatur vlcus externum arte: fieri tunc ali-  
ter non potest, quin hinc idem suboriat effectus, quem vlceri  
externo naturali, adiuncta demonstratione, in §. antec. adscripsimus.

§. X.

Vlcera externa praecauere possunt morbos ex acrimonia  
oriundi.

Morbi, ex acrimonia humorum oriundi, praecauentur,  
quando efficitur, ut morbi isti ad actum non deducantur, licet  
acris materia iam inexsistat humoribus. Nunc eiusmodi morbi

10 MIRABILIS DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

duplicis sunt speciei. Alii statim ponuntur, quam primum adsit materia acris, atque hi, ut facile patet, praecaueri hac ratione non possunt, quum adsint ut necessarii materiae acris effectus. Alii contra ea morbi ita comparati sunt, ut abesse queant, licet iam acredo in humoribus contracta sit, sive nunc eorum ortum paucitas materiae, aut obuolutio eius impedit. Huius farinae morbi ab vlcere externo praecaueri possunt. Fac enim, acredinem humorum huius esse in subiecto quadam indolis, ut morbus inde non necessario producatur, atque hinc istam sine hoc cogitari queat; pone eo ipso tempore, quo morbus quasi successiue generatur, vlcus externum accedere: contingent tunc ea, quae §§. VIII. IX. euicta sunt. Quum vero cessante causa, cessare debat effectus: fiet ab vlcere externo, ut morbus, licet adhuc absens, ab acri tamen materia producendus, ad actum deduci nequeat. Vlcus itaque externum eiusmodi morbum praecauebit (per antec.). Experientia ab hoc asserto plane non recedit. Plura hac de re docebunt sequentia.

§. XI.

*Causae hos effectus (§§. VIII. IX. X.) impedientes. Laesio viscerum.*

Experientia docet, vlcera externa, sive naturalia fuerint, sive artificialia, non semper effectus, modo recensitos, produce-re. Solus cancer apertus, in externis partibus comparens, huius est rei documentum. Causae itaque adsint necesse est, quae salutares istos effectus impediunt, quas indagare subsequentia postu-lant. Primaria fere est viscerum laesio. In Pathologia enim euincitur, viscera laesa acrimoniae humorum multiplice ratione fa-uere

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. II

uere. Quodsi ergo hinc vere proueniat, aut sustentetur humorum acredo: haec abigi nequit, nisi viscerum laesio primo extirpata sit. Nunc vlcera externa viscerum laesionem, qualis ex solidorum vitio enascitur, funditus tollere non possunt. Ergo tunc ob viscerum laesionem tantum materiae acris semper generatur, quantum corpori ob vlcus externum rite fluens decedit. Non poterit ergo in hoc casu vlcus externum acrimoniam successive imminuere, morbosque omnes, qui natales ab acrimonialia fluidorum ducunt, praecaueare. Laesio itaque viscerum impedit effectus quois vlceri tali externo adscriptimus.

§. XII.

*Materia putrida in vlcere relicta eisdem effectus impedit.*

Alia causa impidoram vlceris externi effectuum est materia corrupta, in vlceris cauo restagnans. Quum enim materia corrupta, ad humorum massam delata, aliam fluidorum partem adhuc sanam inquiet: sequitur, vt putrida corruptaque materia, in vlcere relicta, acrendi humorum nouas addat vires, et impedit, quo minus inde ab vlcere acrimoniae humorum imminutio expectanda sit. Neque malum tantum in loco exulcerato redintegratur, sed resorptione materiae facta vltius serpit, cumque humorum massa communicatur. Vlcera male tractata et scabiosa saepe hujus rei existant exempla.

§. XIII.

*Alia impedimenta.*  
Vlcus externum non nisi tunc imminuit humorum acrimoniā, quando materia libere ex vlcere manat (§. VIII.). Omne igitur id, quod efficit, vt materia ex loco exulcerato stillare ne-

## 12 MERRISSIMUS DISSESSATIO IN AVGVRALIS MEDICA

queat, efficiet etiam, ut acrimonia humorum a prouocato vlcere tolli non possit. *Hinc exsiccantia, adstringentia, cauitas ulceris necessitate citius clausa* aliaque descriptos ulceris externi effectus impediunt, a qua re obseruationes plane non abludunt. Monendum hic erit, haec omnia non ideo tantum horum effectuum impedimenta existere, quod effluxum materiae prohibent, sed ideo quoque, quod subsistens in vlcere materia, calore vel etiam sua ipsamet natura in motum intestinum abrepta, simili, ut §. ant. ostendimus, modo nocet, et detrimentum affert, multo quod magis atque citius continget, quando laesio viscerum, forsitan simul concurrens, acrimoniam continuo auget.

## §. XIV.

*Aliud impedimentum sifit materia acris nimis copiosa, et virulenta.*

*Vlceris ope determinata tantum materiae acris copia excluditur.* Quodsi ergo haec nimium quantum abundat in humoribus: satis magnum, absente etiam viscerum laesione, requiritur temporis interuallum, ut omnis e corpore eiiciatur. Antequam itaque vlcus suum praestare possit effectum, acrimonia humorum visceribus iam ob temporis longitudinem labem infert; unde fit, ut noua acrimoniae subnata cauſa, suo fraudetur vlcus effectu. Vnde constat, acrimoniam humorum nimis magnam ulceris impidiere effectum, quo acrimoniā subnatam imminuit (§§. VIII. XI.). Acrimonia humorum nimis virulenta citius, quam alia, quae aliam naturam natuſa est, effectus suos producit. Vnde non ſolum copia materiae acris nimium satis cito increscit; sed viscera etiam intra breve temporis ſpatium laeduntur; a qua vtraque cauſa non poterit

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 13

erit non iste impediti effectus, quem vlceri externo tribuimus (§§. VIII. XI. et anteced.). Vlcera scabiosa et scorbutica haec confirmant. Plures longe dantur vlcerum effectus, a me vero ob causam, quam §. VIII. adduxi, omittendos. Nolo enim breuem hanc scriptiunculam praeter necessitatem augere.

§. XV.

*Febris putrida quid?*

Oriuntur non nunquam in corpore humano febres, quorum causa est humorum putrefactio, quas itaque *febres putridas* dicunt. Nolo hic malignitatis vocabulo vti, ne toties agitatam inter Pathologos de febrium malignitate disceptationem denuo re-coquere opus habeam. In verbis faciles nos esse oportet. Neque eorum sententiam limae subiiciam, qui adfirmant, veram putredinem, viuo adhuc corpore humano, in humoribus nostris subordiri non posse. Vlro enim cuilibet ad obseruata leuiter tantum attento, patebit innumera ferme phaenomena in corpore humano explicari non posse, nisi vera humorum assumatur putredo.

§. XVI.

*Materia febrium putridarum comparatur cum ichore et materia purulenta.*

Quando indolem et naturam materiae, febres putridas producentis, paullo accuratius consideramus: haud difficulter elucescit, eandem modo ichori similem esse, modo etiam ad materiae purulenta genium accedere. Dantur febres putridae, vbi humores maxime sunt resoluti, tenuesque; vbi materia, sudore et diarrhoea excreta, foetorem longe lateque spargit; vbi humores, serum maxime et lympha, naturalem suam colorem amittunt at-

## 14 DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

que similem nonnunquam, qualis in ichorosa materia adpareat, nanciscuntur. Nullum hinc erit dubium, quin nonnullarum febrium putridarum materia ichori seu saniosae materie similis sit. Idem paret, si effectuum similitudinem consideres. Ulcera, exanthemata, haemorrhagiae efferae, continui solutiones, spasmi, convulsiones, dolores, inflammationes, gangraenae aliaque frequenter sunt phaenomena, quae tam a febrium putridarum materia, quam ab ichore proficiuntur. Ortu multarum febrium putridarum, plane similis origini materiae ichorosae, eandem veritatem magis adhuc confirmat. Prouti enim putredine excluditur materia febrium putridarum, ita putredo etiam generat ichorosam materiam, demonstrantibus id Pathologis. Verum dantur aliae febres, quae a Pathologis itidem febrium putridarum numero accensentur, in quibus tamen purulentae materiae similis videatur materia obtinere. Eminet inter has febris variolosa secundaria. Pustulae variolosae, quae inflammationes sunt, aucto dolore, pressione et spasio, motu humorum, in suppurationem tendunt, atque natae hinc materiae purulentae portio non parua per bibula ubique in corpore humano vasorum reforbentium oscula suscipitur adque humorum massam desertur, ingentis ibi, pestiferae haud raro, febris causa euadens. Haec est decantata illa febris variolosa secundaria, ab illa, qua exanthemata variolosa versus peripheriam primis diebus urguntur, tempore, ordine, et impetu omnino diuersa. Non negabunt Medentes, hanc febrem esse febrem putridam; nihil minus pus magis, quam ichor eandem producit, nisi peculiares circumstantiae nonnunquam accedant, quibus aut suppurationis impeditur, aut humorum motus adeo intensus redditur,

tur, vt primo putredinis gradu iam correpta materia in ichorosum diffuat liquamen. Hoc enim nonnunquam contigisse, non sine dolore memorant Observatores. Praeter variolam febrem huc adhuc pertinet febris pestilentialis et dysentericae species, in qua idem purulenta magis, quam ichorosa comparet materia, licet haec certus effectus, quam causa febris, in toto suo ambitu consideratae, existat. Verum sufficienter ex allatis elucescere potest, febrium putridarum materiam modo ichori, modo materiae purulenta similem esse. Atque id ipsum sine omni difficultate rationis auxilio demonstrari posset ulterius, si necessitas id nunc postularet.

#### §. XVII.

*Febris putrida vlcerum causa fieri potest.*

Materia, quae in febribus putridis obtinet, modo ichorosae, modo purulenta materiae similis erit (§. anteced.). Verum a similitudine causae ad similitudinem effectus valet consequentia. Ergo effectus materiae febrium putridarum respondebunt effectibus modo ichoris, modo purulenta materiae. Atqui ad hos vlcera pertinent (§§. VI. VII.). Quam ob rem a febre putrida vlcera oriiri possunt. Quid, quaequo, cutis, quid viscerum exulcerationes, a febribus putridis peractae, aliud docent?

#### §. XVIII.

*Ortus vlcerum a febris putridae materia, antequam febris*

*manifesto adpareat.*

Prouti vlcus a nata iam febre putrida proficisci potest: ita hinc etiam oriiri potest, quamuis nulla manifesta febris putridae praefentis conspiciantur signa. Scitur enim ex Pathologia, morbo.

borum, ab acrimonia humorum oriundorum, eam esse naturam, vt iisdem subiectum diu liberum videri queat, licet in fluidis pessima illa iam obtineat, quae scaturigo illorum est, diathesis. Atque id etiam de putridis valebit febribus. Manifesto id probat obseruatio, quam praeterito bello nactus sum. Pars militum quondam loca occupabat paludosa, montibus vbiique cincta. Nulla aderant febris signa, quam diu miles, quiete fruens diurna, in his relinquebatur locis. Vix vero quietem motus, in salubrioribus licet locis suscepimus, excipiebat, cum iam adeo pestifera milites hosce inuadebat febris putrida, vt vix unus aut alter vitam deportaret. Quae cum ita sint, dubium non est, quin materia febrium malignarum corpori iam inhaerere queat, licet illa febris ipsius manifesta signa nondum conspiciantur. Quoniam nunc ea ipsa materia ulcerum cauſa existere potest (§. anteced.): sequitur, ulcera a febris putridae materia excludi posse, antequam febris ipsa ad actum ducatur. Verum alio adhuc modo hacc omnia tibi concipere poteris. Quando febris putrida fieri quasi incipit, oritur tunc febris, saltē motus comparent febiles, quibus sit, vt materia, creans febrem putridam, tam a connubio alienae materiae liberetur, quam critico motu ad corporis peripheriam moueat postea, ibi frequentissime sive intensa excretione peripherica, sive exanthematum productione expellenda. Concipe nunc adesse impedimenta, quae materiam neque excerni, neque in exanthemata abire sinunt, vtrumque enim, cum frequenter accidat, fingieram poterit: fieri tunc, vt materia et intestino motu liberata, et aucto sanguinis impetu agitata, vel ad viscus quoddam, vel ad unum peripheriae locum metastasi quadam continente,

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 17

gente, propellatur, innata quasi sua vlcus, tumore praegresso, efficiens. Quam egregie haec, quae diximus, obseruationibus confirmantur! Quando vel aegri, vel ipsi nonnumquam Medentes motus istos febiles, quibus annunciat, ut ita dicam, febris putrida, spernunt minusque curant; quando vires naturae aegri, tot saepe numero aegrotantes e mortis faucibus eripentes, languescent; elapsis vix aliquot diebus certe adsunt viscerum laesorum signa, haecque visceribus insita labes non raro vel in exacerbatione consistit, vel in eandem abit. Quum itaque non ratio tantum, sed fidissima etiam experientia huic propositioni calculum suum adiicit: nefas omnino foret, si de veritate illius dubitare quidam vellet.

§. XIX.

*Natura vlceris a febre putrida produci.*

Quando febris putrida vlcus quoddam producit, hoc oritur a materiae, modo ichori, modo purulentae materiae respondentis, actione (§. XVII.). Natura itaque vlceris, a febre putrida profecti, similis erit illius, quod ab ichore aut pure efficitur. Tale vero vlcus est modo simplex, modo compositum (§. VI. et VII.). Ergo vlcus etiam, cuius ortus febri putridae debetur, erit modo benignum, modo malignum. Quoniam vero plurimarum febrium putridarum materia, testantibus id obseruationibus, ichori equiparanda est, atque praeterea pus, in putrida febre praesens, facile in ichorem abeat, quod vel ipsae variolae probant: sequitur, vlcus, febri malignae adscribendum, plerumque esse malignum debere, atque idem, licet initio benignum fuerit, facile in malignum transire oportere (§. VI. et antec.). Vlcera, ab ipsis euanidis iam factis variolis relicta, hanc propositionem satis superque confirmant.

C

§. XX.

## §. XX.

*Vlcerum respectus ad febrem putridam nondum praesentem.*

Fieri potest, vt inde a febre putrida vlcus oriatur, antequam ipsa febris putrida compareat (§. XVIII.). Fieri itaque etiam poterit, vt vlcus hocce corporis partes externas addigat, ideoque externum evadat. Atqui demonstrauimus §. X. vlcera externa praecauere morbos, ex acrimonia humorum oriundos, posse, quarum numero iure meritoque accensetur febris putrida (§§. XV. XVI.). Quare nullum erit dubium, quin vlcus, a subnascente febre putrida proueniens, externum si fuerit, febrem putridam ipsam praecauere possit, quum non necessarius sit acrimoniae humorum effectus (§§. X. XVIII.). Quod vero vlcera attinet interna, a putrida febre ita effecta, ea possunt quidem, sed non semper, febris putridae ortum praecauere. Quando enim materia febris putridae omnis ad viscus quoddam delata est, vleus ibi formans, cuius materia aut resumi ad sanguinem, vel sua natura, vel ob alias circumstan-  
tias nequit, aut abhorret nimium a natura illius, quae febrium putridarum suppeditat caussam, tali vlcere interno omnino praecauetur febris putrida. Huc omnes exulcerationes viscerum pertinent, quae a negle-  
cta fibre putrida oriuntur, et non permittunt, vt febris putrida oriatur. Quando autem vlcus quoddam in interioribus corporis partibus a depo-  
sita febrium putridarum materia enascatur, atque praedictae circumstan-  
tiae absunt: resorbetur tunc iterum materia febris putridae, sua adhuc natura gaudens, neque febris putrida tunc impossibilis erit.

## §. XXI.

*Vlcerum, a putrida febre non prouenientium, respectus ad eandem praecauendam.*

Vlcera externa, siue naturalia fuerint, siue artificialia morbos, ex acrimonia humorum oriundos, praecauere possunt (§§. VIII. IX. X.). Febris itaque maligna poterit etiam praecaueri ab vlcere externo, licet hoc neque a materia, febrem putridam generante, efficiatur, neque pro-

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM 19

propriis corporis humani viribus producatur. Verum vlcera interna, aliunde a febre putrida enata, iterum differunt hic ab vlceribus externis, similiter ortis. Modo enim praecauent, modo non praecauent febrem putridam. Vtrumque docuit experientia. Etenim *Schreiberus* obseruavit, subiecta, vlcere interno laborantia, a peste, quam descriptit, magis libera deprehensa fuisse. Quod vero eiusmodi vlcus internum non semper febrem putridam praecauere possit, exinde paret, quod febris putrida nonnumquam complicata cum febre hectica existat. Ratio harum obseruationum non difficulter perspicitur, si praceptorum pathologicorum exactam habeamus rationem. Vlcera enim interna, de quibus nunc loquimur, oriuntur a materia, diuersa a febriumi putridarum materia; id enim requirit hypothesis. Quodsi nunc causae admissae fuerint, febriumi putridarum materiam ingenerantes: materia, hinc producta, deferri debet ad locum exulceratum, cum hoc omnes corporis collectae impuritates confluant. Nunc porro notum est, materiam corruptam in corpore humano, si eidem alia materia adfundatur, huic naturam suam impertire posse. Fieri hinc etiam potest, vt febriumi putridarum materia, remixa cum ea, quae ex vlcere interno, ab ista febre non suborto, stillat, ab hac ita mutetur, vt, amissa sua determinatae specie mixtione, febrem putridam ingenerare nequeat. Id vero etiam alio modo contingere potest. Quum enim vlcera interna attrahant collectam aliunde febriumi putridarum materiam; impediunt eo ipso, quo minus humorum circulo agitari, resolu adque determinandam febrem putridam aptior evadere queat. Quoniam autem vlcerum internorum materia non semper possit eam, quae febriumi putridarum causâ existit, in suam commutare naturam, si nimia in quantitate iam in corpore collecta sit; quoniam etiam porro febriumi putridarum materia saepe maxime virulenta est, atque id ita, vt cibissime suum exserat effectum, putridam nempe febrem: sequitur, vlcera eiusmodi interna non semper posse ortum febriumi putridarum praecauere.

419b1

C 2

§. XXII.

§. XXII. dixi inquit auctoritate antiquorum  
etiam in Casus medicus.

Demonstravi haec tenus a priori, vlera, in corpore subortâ, posse febrem putridam praecauere. Annitar nunc haec meis obseruatis ea, qua id fieri potest, certitudine corroborare. Miles viginti circiter annorum, robustum corpus næctus, perfecta semper fruens sanitatem, nisi quod plethora, ad quam pronus erat, frequentiores venae sectiones requireret, vere anni 1760. insolita lassitudine, & inconsueto corporis corripiebatur torpore. Parum haec curabat. Quum vero malum increfcere videretur: ad solenne illud domesticum auxilium fugit, quod ex Rob. Sambuc. & feruida paratur cereuisia, credens, fore ut hoc remedio, visudorem eliciens, amissam sibi restituat salutem. Verum in cassum hoc adhibebatur remedium. Lassitudo de die in diem maiora capiebat augmenta, usque dum ne negotia quidem sua auxilio destitutus aeger peragere posset. Accessit moeror animi, taedium omnium rerum, & circa musculos Gastrocnemios peculiaris sensatio, sc̄e ad plantam pedis extendens sensus, formicanti simili. Elapsi aliquo temporis spatio, matutino tempore lecto surgens, satis quieta peracta nocte, dolorem & tensionem circa collum sentiebat, exterius tamen praeter lenem ruborem & tumorem nihil obseruabatur. Adplicabantur huic dolenti loco flor. Chamom. cum farina. Nox erat valde inquieta; tensio, dolor ardens ingens miserum aegrum quiescere non sinebant, atque inter hos calamitates lux exspectata redit. Atque tunc aeger, lecto relieto, cum stupore insignem tumorem obseruabat, qui liberam neque loquaciam neque respirationem esse permittebat. Ad me nunc in his miseriis mittebatur, atque, locorum distantia ita iubente, aegrum ad me portandum curabam. Obstupui, viso aegro, cum tumorem conspicerem tantae magnitudinis, ut infantis capit̄ aequare posset. Propendebat supra sternum, a glandulis sublingualibus ad laryngem et finistrorum magis ad maxillares glandulas sc̄e extendebat. Mollis praeterea erat tumor. Inciden-

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 21

cidendum tumorem esse indicabam. Facta incisione non tantum insignis, materiae ichorosae, frustis sanguinis coagulati nigris remixtae, effluebat; sed adeo etiam foerida erat haec materia et acris, ut adstantium nonnulli lymphatici euaderent, et adhibita instrumenta corrodenterent. Ipse aeger lymphatica corruptus, vulnere rite deligato lecto inferebatur, eidemque potiuncula analistica praescribebatur, iusta bonaque simul commendata diaeta. Effluxus materiae per integrum continuabat diem, ut nouis saepius deligationibus opus esset. Nox erat satis tranquilla. Die ab incisione secundo insignis iterum materiae copia effluebat eratque eiusdem plane indolis. Praescribebatur postea Infusum Cortic. Chin. cum serpent. Virg. matutinis horis assumentum; horis pomeridianis potio temperans & mixtura simpl. camphor. cum spir. Nitr. dulc. & fyr. papav. rhoead. remixta vicissim propinabantur. Praeter insignem lassitudinem & aestum sitimque, tempore vespertino grauiores, nihil apparabat praeterea mali. Octiduo elapsi nouis opus erat incisionibus, quibus dein tota materiae adeo acris tyramis adparebat. Musculi colli pectorisque, optimi tanquam Anatomici ope praeparati, mudati adparabant; larynx arterique carotis, pulsatione exsurgens, conspiciebantur. Tandem effluxus materiae, iisdem remedii diu continuatis, mitor fiebat et vulnus proprio conamine, aegri emolumento, coire videbatur. Redintegratis aegri simul viribus, adperitus virgebat. Modum tenere necius aeger adeo insignem ciborum ingurgitabat copiam, ut vocatus ad eandem noctu, extrema frigida, insignes sanguinis versus caput congestiones, oculos protuberantes, celerem respirationem et anxiam, atque deliria intercurrentia obseruarem. Cessabat praeterea effluxus materiae. Frictiones, fomentationes, clysteres demulcentes, vesicatoria, ad suras adplicata, et potio ex aquis diapnoic. pulu. serpent. virg. Nitr. et Camphor. parata, mala praesentia tollebant, futura arcebant. Redibat etiam effluxus materiae. Denique, continuatis descriptis remedii per aliquod adhuc tempus, aeger cum sanitate in gratiam redibat, postquam per

nouem hebdomadum spatium adeo periculoſo morbo conflictatus erat. Summa huius historae momenta descripsi. Symptomata, quae ipsum morbum praegressa sunt, accuratius describere non potui, quin et absens fuerim, & eiusmodi indolis homines, qualis aeger erat, non nisi tunc de morbo conqueri soleant, quando vehementius vrget.

§. XXIII.

*Quid exinde deduci posſit? exponitur.*

Quodsi nunc consideres, aegrum, cuius historiam enarrauimus §. antec. insolito torpore et laſſitudine fuisse correptum; motus febriſe horis vespertinis grauiores factos esse; idem contigisse, ab vleceris enati coaſtitu temporario; tuncque ſimul dcliria intercurrentia obſeruata eſſe; quod ſi haec cum signis, febrem putridam annuntiantibus et exanthematum retropuſionem subsequentibus comparare velis: patet, vt rara que inter ſigna maximam intercedere ſimilitudinem. Atque hinc probabili ratione concludimus. 1. aegrum maximam habuisse diſpoſitionem ad concipiendam febrem putridam. 2. vlcus malignum, inde a materia febris putridae metuenda productum, praecauiſe febris putridae ortum. 3. vlcus itaque generatim efficere poſſe, vt putrida praecaueatur febris. Non ſine graui cauſa dixi haec probabiliter tantum ex recenſita §. anteced. morbi historia colligi poſſe. Quis enim hic ultra probabilitatem progredi poterit? Neque nocet haec probabilitas veritati afferti mei. Probabile ideo, quod eſt probable, nullam dat certitudinem, quae omni dubio eſſet superior. Quodſi vero aliunde iam cognitam habeas veritatem rei cuiusdam, videlicet deinceps eandem ex alio fundamento probabiliter confirmari: tunc tantum abeft, vt probabilitas haec veritati tui afferti nocua fit, vt potius veritas hinc nouo corroboretur argumento, magisque ſtabilizatur, quam ſi ex unico illo principio, quod certitudinem dabat, cognita fuerit. Ad probabilitia haec argumenta eo ſaepius in Medicina recurrere debemus, quo frequentius cauſa incident, quorum natura non permittit, vt ſumma certitudine intelligantur. Omnia probabilitia argumenta ideo

in

in Medicina reiicere velle, quod non absolutam dant certitudinem, iudicium esset hominis, limites nostrae artis non intelligentis.

§. XXIV.

*Alius casus.*

Miles plethoricus neglexerat ob bellica sua negotia, quibus continuo interesse debebat, venaectionem, ipsi alias solennem. Quum vero via a plethora proficiscensentur sentiret incommoda: restituta paululum quiete venaectionem administrandam curabat. Eductur iusta sanguinis quantitas, secta in brachio cephalica vena, atque miles de nullo conquerebatur dolore in loco, vbi vena erat pertusa. Incidit interea, vt miles negotium suscipere deberet, ad quod perficiendum manus continuo et vi quadam mouebat. Hinc dolor et tumor loci, vbi secta erat vena. Vocatus in auxilium radios quasi vidi gangraenosos, late sese extenderentes. Fugiendum erat, discutientibus nil efficientibus, ad emollientia, quibus, producto satis bono pure, gangraena sistebatur. Coaluit successiue vlcus, vixque latera eius coierunt, quum iam signa horrendae febris putridae, cum ferocibus stipatae deliriis compareat. Nulla ars, nullum remedium aegrum mortis faucibus eripere poterat, sed aucto successu morbo, cuius lene erat initium, satis cedere debebat aegrotans. A morte deprehendimus, nil a venaectione fuisse laesum.

§. XXV.

*Consectaria.*

Ex historia §. anteced. suppeditata, colligimus 1. aegrum iam ante administratam venaectionem dispositione ad concipiendam febrem putridam laborasse. Patet id, tam ex tumore, statim in gangraenam tendente, quam ex vehementissima febre putrida, dein conspicua redditu. 2. vlcus productum impediisse aliquamdiu febris putridae ortum. 3. vlcus illud ideo non potuisse plenarie praecauere febris putridae ortum, quod materia huius febris in corpore insigni iam quantitate collecta, sufficienter non effluxerit. Hoc itaque casu confirmantur procul dubio ea, quae

quae in §§. anteced. de vlcere, praecauente febrem putridam, adduximus. Quodsi demum ad alia Practicorum obseruara attendas: idem confirmatur. Vlcera artificialia praecauent huc, qui bruta animalia adficiuntur; praecauere visum sunt pestem in hominibus, veraque omnino videtur esse sententia, qua affirmatur, variolas artificiales ideo inter alia naturalibus praestare, quod, facto sub insitione vlcere artificiali, libere deinde materia variolosa corpore effluere possit. Omitto alia, quea idem corroborant, argumenta-

## §. XXVI.

*Causae, quae faciunt, ut vlcus potius a materia febris malignae excitatur.*

Colligi haec tenus ea momenta, quae testantur, vlcus febrem putridam praecauere posse. Restant vero nonnulla, de hac materia dicenda, quae prioribus nunc adiungam. Tselfatae sunt obseruationes, vlcera non ynicet praecauere febrium putridarum eruptionem. Idem saepe sudore largissimo, diarrhoea, vomitu, et frequenti mictione contingit. Oportet Pathologum, non tantum phaenomena, quae in morbis adparcent, sed illorum etiam causas scire. Iure itaque hic quaerere possumus: cur modo hac, modo illa ratione praecauetur putrida febris? Notum ex Pathologia est, febrem putridam nonnumquam oriri, delata virulenta materia primo ad ventriculum et intestina, eadem dein ad sanguinem hinc per absorbentium vasorum patula orificia tendente. Pone, hinc vere in corpore quodam generare materiam febris putridae; posne itaque eandem materiam haerere in ventriculo huicque ad nexis intestinis: facile tunc fieri poterit, ut aut vomitus, aut diarrhoea producatur, febris putridae ortum omnino praecauens. Quum enim materia febrium putridarum sine dubio acris sit, quum a putredine suam ducat originem, atque quum acris materia, delata ad ventriculum et intestina, modo vomitum, modo diarrhoeam concitare queat, praemonstrante id Pathologia: fier sic, ut a collecta in his locis febrium putridarum materia salutares hi naturae motus haud difficulti negotio determinentur, quibus, cum materia nocua educatur simul, febris ipsa, causa sua cessante,

praecauebitur. Idem quoque contingere potest, quando quaecunque alia cauilla adeat, impuritates ad ventriculum et intestina magis, quam ad alia loca aduocans. Hinc vero simus patet, cur in vitroque easi, quem adduximus, febris maligna neque per sudorem, neque per mictionem copiosius frequenterque contingenter, praecaueatur? Quando contra ea materia febrium putridarum satis est subtilisata, vt minima vaſa permeare queat; quando cauillae deficiunt, hanc materiam ad alia loca, quam cutim, alicientes; quando demum nullum in cute adeat impedimentum, delationem materiae ad eandem recusans: febris putrida, si praecaueatur, largioris sudoris ope potius praecauebitur, quim ad cutim, nisi obſtaculum fuerit, omnes quasi confluant impuritates. Quodsi porro materia ista, febres putridas procreans, satis quidem resoluta et attenuata sit: verum quodcumque obtineat virum, vel materiae, per cutim erupcionem impediens, vel eandem ad renes magis deducens: nullum tunc erit dubium, quin largior potius diuresis febrem putridam praecauere debat. Quodsi vero tandem materia, resoluta paullulum, neque critice ad ventriculum et intestina deferatur, vel in cellulosam exfudare debet, in qua restagrans dolorem, tumorem, cum subsequente partis exulceratione, sine omni difficultate procreabit. Ex his, vt credo, varii iſti, quibus praecaueantur febres putridae modi diuidicari possunt. Plura hac de re dicere neque institutum meum, neque necessitas requirit.

*Schis antecedens materia amplissimam habet.*

*Loca, quae a febris putridae materia exulcerari debent.*  
Alia quaestio loca, a materia febris putridae adfecta, respicit. Quum enim ylcera, a subnascente iam febre putrida enata, non vnum eundemque locum occupent, quod vel casus §§. XXII. XXIV. suppeditati, demonstrat: merito formari potest quaestio, vndenam haec locorum differentia oriatur? Vlcis produci nequit, nisi exulcerans materia ad locum exulcerandum deferatur. Quidquid ergo efficit, ut materia quaedam determinatae cuidam corporis humani parti potius, quam

D

allis

alii, inferatur: illud ipsum simul caussabitur, vt vlcus, inde determinandum, illam potius, quam has, adfligat. Nemo non perspicit, causas istas similes esse caussis congectionum humorum sanguinisque. Hinc debilitas, irritatio, locorum vicinitas et caussae, quae iter humorum morantur per aliquam partem, huc pertinebunt. Omnes enim humores ad eam praecipue partem mouentur, vbi minima deprehenditur resistentia. Debilitas ergo partis solidae caussa erit congectionum, ad illam partem dirigendarum. Irritatio efficit affluxum humorum. Nonne itaque congectiones humorum concitat? Quando partes sibi sunt vicinae in corpore humano, opus simul est, vt proprius inter se imicem sit connexae. Verum nexus partium efficit, vt malum, in vna harum partium contrarium, facile ad alteram propagetur. Nonne id quoque de congectione valebit? Quando demum caussae, iter humorum per aliquam corporis humani partem morantes, adsunt: coaceruantur in hac parte humores, quod iam sine producta congectione fieri nequit. Allatae ergo haec caussae generatim caussantur, vt vlcus potius in hac, quam in alia parte corporis humani efficiatur. Neque difficulter haec ad ea, quae §§. XXII. XXIV. diximus, adplicantur. In priore subiecto sudoriferum illud assumptum humores validissime ad peripheriam tendere coagit. Materia febris, nondum forsitan satis resoluta, sudore elicito magis adhuc inspissata, per minima vascula cutanea transire non poterat, neque hinc etiam perspiratione, intensiori redditia, excerni. A tergo tamen, ob impetum humorum continuo pulsâ, vbiique tamen, excepta cellulosa cutanea, magnam deprehendens resistentiam, in illam exsudauit, vi sua rodente vlcus determinans. Nimis subtilis, nimisque rigorosus foret, qui a me requereret, vt ostenderem rationes et caussas vleris, circa collum producti (§. XXII.). Minimae enim istae circumstantiae, quibus hoc innititur, in milite praecipue, qui leuiora non curans, ad ea etiam non attendit, non nisi difficillime dereguntur. In altero subiecto (§. XXIV.) faciliter haec patent. Venae sectio enim partem debilitatuit, motus manus,

nus brachiique, ut et ligatura, cum materia putrida iam praesente, conges-  
tionem, ob debilitatem iam enatam, grauiorem reddiderant; unde  
dein factum est, ut tumor inflammatorius, minitante postea gangraena,  
subortus sit.

## §. XXVIII.

*Vlcera, febrem putridam praecaudentia inter se inuicem comparantur.*

Vlcera, vt docuimus, quae, putridam praecaudent febrem, diuer-  
sae sunt naturae. Alia enim sunt benigna, alia maligna; alia interna,  
alia externa; alia ab ipsa febris putridae materia oriuntur, alia contra ea  
vel artificialia sunt, vel naturalia quidem, sed non a febris putridae ma-  
teria producta. Necesse iam est, ut indagare suscipiamus, quenam ho-  
rum vlcerum, inter se inuicem comparatorium, maximam corpori, ad  
concipidendam febrem putridam disposito, afferant salutem? Quum be-  
nigna vlcera functiones corporis humani minus laedant, quam maligna,  
atque salutis, a morbis salutiferis afferenda, magnitudo, reliquis iisdem,  
aestimetur ex minori, quo functiones corporis humani laeduntur, gradu:  
sequitur, vlcera benigna hac in re malignis generatim praeferenda esse.  
Vlcera externa non solum materiam nocivam foras expellunt, sed occu-  
pant etiam loca corporis nostri ignobiliora; interna contra ea non tantum  
retinent materiam in corpore, sed etiam nobiliores adscipient corporis par-  
tes. Ergo iterum hac in re vlcera externa generatim praefestant vlceri-  
bus internis. Vlcus artificiale, comparatum cum vlcere, a febris putri-  
dae materia producto, hoc procul dubio erit praferendum, cum ob erosio:  
ne partium solidarum, per materiam, corpori inherentem, effecta, non  
oriatur. Quod vlcera demum attrinet naturalia, a febre tamen putrida  
non producta, comparata cum iis, quae ingenerat febris putridae mate-  
ria: erit in determinanda eorum salute, tam ad materiam, ex vlcere  
fluentem, quam ad loca, quae occupant, respiciendum. Quodsi vlcus,  
a febris putridae materia non enatum, benignum magis fuerit; quod si  
praeterea ignobiliora corporis loca erodat: tunc illud eo omnino erit praef-

ferendum, quod a febre putrida subortum est et loca occupat nobilio-  
ra. Quodsi vero illius malignitas excedat huius malignitatem: quodsi  
ab illo loca nobiliora, ab hoc partes ignobiliores adficiantur: nullum erit  
dubium, quia hoc illo praestare debeat. Ceterum generatim in com-  
parandis hisce viceribus ad finem erit respiciendum. Quo citius enim  
febrem putridam praecaudent, quo minori id aegrotantis incommodo  
perficiunt: eo maior erit salus, ab ipsis oriunda. Quo magis vero illo-  
rum contraria obtinent: eo minor erit salus.

## §. XXIX.

*Eadem comparantur cum aliis modis, quibus febres putridae  
praecaudentur.*

Dicatum iam est §. XXVI. dari alios adhuc praeter vlcera modos,  
quibus febres putridae praecaudentur. An itaque his si dictas febres  
praecaundi modus, qui per vlcera fit, praferendus sit? vt inquiramus  
restat. Quando per transpirationem auctam, aut diuresin potentiorem  
febris praecauetur putrida: nulla tunc inde, docente experientia, hæditur  
functio manifeste. Contrarium obtinet, si vlcerum formatione eiusmodi  
febris praecauetur. Ergo vlcera hac in re non sunt transpiratione et  
diuresi praferenda. Neque etiam vomitu et diarrhoea (XXVI.)  
generatim praferenda sunt. Quamvis enim haec putrida materia in in-  
teriora corporis loca agat: citius tamen hisce naturae conaminibus ea-  
dem expellitur, quam, vt plenariam suam tyrannidem in adductas partes  
exercere queat. Atque hinc elucefcit, quantopere salus, ab ipsis vlceri-  
bus speranda, limitanda sit; quod magis adhuc patet, si considerae-  
ris, quam facile eiusmodi vlcera insignem nanciscantur malignitatis  
gradum, quod ex historia morbi, §. XXII. enarrata, lucidissime adparet:  
quamque facile praeterea fiat, vt ad obtainendum suum effectum inepta  
sint (§§. XI. seq.).

## ¶

§. XXX.

DE VLCERE PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM. 29

§. XXX.

*Quomodo practicum circa haec vlcera versari oporteat?*

- Quando, attentus ad ea, quae in superioribus demonstrauimus, haec ad methodum medendi reuoces: facile tunc deprehendes, sequentes regulas circa vlcera, febres putridas praecaudentia, attendendas esse:
- I) Si vlcus fuerit artificiale externum: curandum est, vt apertum semper serueretur. Quando etiam vlcus coalescit: materia febris putridae effluere nequit. Hinc ea suboriantur tunc symptomata necesse est, quae ab exanthesmatum retropulsione nimis frequenter contingunt.
  - II) Idem tunc erit obseruandum, quando vlcis fuerit externum naturale, sive benignum, sive malignum, vsque dum omnis corrupta matrēies expulsa sit.
  - III) Vlcera, febrem putridam praecaudentia, latitante iam materia harum febrium in corpore, tractentur, vt vlcera compesita.
  - IV) Respiciatur febris purida, eoque admittamus simul, vt corrupta materia lenioris transpirationis ope expellatur.
  - V) Quodsi vlcus fuerit internum: huic medeamur secundum eam methodum, quam viscera exulcerationes requirunt.
  - VI) Denique diaeta, vitaeque regimen ita instituantur, vt copia materiae corruptae inde imminuatur, futura coercatur.

§. XXXI.

*Conclusio.*

Quae ad aequipollandas expositas §. antec. indicationes faciunt remedia; ea tam in therapia, quam in chirurgia fusiū recenserī solent. Nihil itaque refutat, quam vt nunc huic dissertationi finem imporām, cum omnia dixerim, quae scopus praesens requirebat, adiiciens tantum, me in his malis egregios corticis peruviani effectus sapientis obseruisse; cā vendumque esse, ne tumores molles, ante febrem putridam comparientes in peripheria, ita tractemus, vt reuocata abinde materia, haec dein in viscera faciure incipiat.

D 3

VIRO



VIRO DE ADOLESCENTIA ET LIBERIS

PRAENOBILISSIMO NEC NON DOCTISSIMO

CANDIDATO

HONORVM DOCTORALVM DIGNISSIMO

AMICO SVO HONORATISSIMO

S. P. D.

H. ADOLPHVS CRUWELL M. C.

EIELEFELDENSI.

**M**aximo cum gudio amplectior occasionem publicis *TIBI*, Amice per quam colende, declarandi litteris, quanti TE faciam. Multa mihi suppetunt, quae *TIBI* dantur laudes, sed nolo panegyrim *TIBI* mutu dicere, atque laudes *TVAS*, arte medica promeritas, excurrere, ne modestiam, quae in TE singularis est, violent; Attamen silentio præterire non possum, TE neque tempori, neque sumtibus, neque studio percipere, neque aliud quid intermisce, quod ad artis salutaris solidam aliquid cognitionem adquirendam confert. Per triennium Berolini in laboribus anatomici indefessam industriam, dexteritatemque omnino singulariter ac admiratus. Quoties in hominum visceribus veritatem, ea in forde etiam amabilem, quaesuimus una, inuenimus, nobisque sumus mutuo toties gratulati. Quia de re mentem *TIBI* non significio solam, sed & de celo obstrictissimam. Colligas num eruditio[n]is adquista[re] fructus uberrimos, laetissimorumque, ac incepta *TIBI* omnia, ac negotia nunquam non farta felicia, fortunataque, ex animi sententia, eveniant, ut in misere ex morbis decumbentium salutem, & solatium cedant. Me TE amantem pari amore amplectari, id est, quod iterum, iterumque abs TE peto, atque contendeo. Vale. Dabam in Regia Fridericiana, d. XII. Januar.

MDCLXIV.

MON-

MONSIEUR ET TRES - CHER AMI!

L'Amitie, dont vous m'avez honoré pendant le séjour que vous avez fait non seulement à Berlin, mais aussi dans cette Academie & pendant le tems, que nous avons été Compagnons d'habitation, me fait prendre une part si sensible à la dignité, dont vous aller être revêtu, que je ne puis me contenter de vous avoir témoigné ce sentiment de bouche. Je vous en renouvelle, MONSIEUR & très-cher Ami les assurances par écrit, & vous prie de recevoir favorablement les voeux très-sincères, que j'adresse à Dieu pour vos prosperités. Je souhaite, qu'il vous conserve dans une parfaite santé jusqu'à l'age le plus avancé pour la gloire de votre Patrie & pour la consolation de votre chère famille, qu'il réponde sur vous ses plus précieuses bénédictions & vous accorde une heureuse réussite dans toutes les choses, que vous entreprendrez dans la science que vous pratiquez, & vous rende par là en état d'être toujours la Terreur des Malades & le soulagement des Malades. Ce sont les voeux, que je fais à l'occasion de votre Promotion; & s'il me reste encore quelque chose à souhaiter, c'est votre précieuse amitié, dont je vous prie de m'accorder la continuation, & d'être persuadé, que je ne césserai d'y répondre par mon zèle & par l'attachement inviolable, avec lequel j'ai l'honneur d'être

MONSIEUR ET TRES - CHER AMI

Halle le 12. Janvier  
1764.

Votre très humble & très obéissant  
Serviteur & Ami

FREDERIC PIERRE BOUZANQVET  
DE S. PETERSBOURG  
ETUDIENT EN MEDECINE.

Ea

**E**n! decus quod mox *TIBI* conferendum est,  
Atque honores purpureos *TVORVM*  
Ceu laborum praemia gratulamus  
Pectore laeto.

Aitamens nostros animos acerbis  
Afficit moeror, quia nos reliquias  
Canadus verus scelerisque purus  
Alter Orsler,  
Sed vocat *TE* patria, quinque longuent  
TE vocant. Redi in patriam, valere  
Fac *TVVM* dulce auxilium petentes.  
I pede fansto.

Floreas, longum patriaeque saluis  
Oium praefles; *TVA* fama dreat; *TE*  
Sis memor nostri, atque cuique nostrum  
Perge favere.

*PRAENOBISSIMVM* atque *DOCTISSIMVM*  
*H. M. GVTFELD,*

*Amicum suum dilectissimum summos in Medicina honores  
capessentem horce carmine gratulabundi prosequi  
voluerunt*

*AMICUM IN TURCOLE B. C. H. LANGHEIM,*

*ET*

*I. N. WEISSE.*

Diss. med. Kalk;  
Med. Diss.,  
6. 1758-68.

ULB Halle  
002 830 728

3



SB

Rheo





DE  
**V L C E R E**  
**PVTRIDAM PRAECAVENTE FEBREM**

---



---

EX DECRETO  
 GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS  
 P R A E S I D E  
 VIRO ILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO  
 D O M I N O

**D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMERO**

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.  
 ACADEM. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL. NEC NON REGIAR.  
 BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALI,

PRO  
**G R A D V D O C T O R I S**  
 AD DIEM XII. JANVAR. C<sup>1</sup>I<sup>2</sup>CC<sup>1</sup>LXIV.  
**IN REGIA FRIDERICIANA**  
 PVBLICE DISPV TABIT

A V C T O R  
**HENRICVS MATTHIAS G VTFELDT**  
 HOLSAIO- ALTONENSIS.

HALAE AD SALAM AERE BEVERIANO.